



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

9 de Pacto, de non Succedendo in iure quęsito.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

De pacto, de Conferuanda hereditate. Cap. 8.

1 *Pactum de conferuanda hereditate quando valet. Et num. seq. 2.*
2 *Hereditas non adita, nec delata non transmittitur.*
3 *Ingratitudo filio per patrem pacto remitti potest.*
4 *Asi hominis mortui fuit, vel sit quæstus ex certissimo iure viuentis, valet de ea factum: Contra autem, si fiat de ea hereditate viui, quam quis sibi sperat deferri post mortem eiusdem. Quia omnes rationes fere, quæ prohibent pactum de futura successione, habent in hoc locum. Deinde in viui successione non potest certa spes ab intestato succedendi formari: quia potest præmori, qui superstiturum se credit. Et ideo nulla est successio præmoriæ herede, l. vni. §. cum triplici. de cad. toll. C. Et hereditas non adita non transmittitur, etsi delata sit a collateralibus, l. quoniam sororem, de iure delib. L. emancipata, C. qui adit. ad bo. poss. l. vni. §. in nouissimo, de cad. toll. exceptis iis, qui a tempore delationis, intra tempora deliberandi moriuntur. l. cum antiquioribus, de iure delib. vel alia legitima causa impediti non potuerunt adire intra eadem tempora, ut in l. vni. ex familia, §. rogo, de leg. 2. Et in l. qui in gratia, §. eleganter, l. qui posthumus, ad syl. lania. & exceptis liberorum personis, qui delatam transmittunt non aditam hereditatem, l. vni. §. in nouissimo, de cad. toll. C. l. i. de iis qui ante aper. tab. C. Sed neq; cõseruatio dici potest hereditatis, quæ non est, veluti viui, l. pro herede, in P. Et in filiis etiam ipsis præmatura dicitur petitio legitime bonorum viuentis patris, l. si impuber. de collat. bonor. P. Et si de proximis agatur successuris, incertum adhuc viuentis proximo est, num illi successuri sint: cum libere possint, illis prætermisissis, eligere extraneum. vt nec conueneri de inofficio possint fratres, l. de inoff. test. P. l. fratres, §. l. fratris, C. eo. sed potior sit causa testati, quam intestati. Distingunt tamen in hac quæstione Bartolus, Angel. de Vbaldis, Bald. in l. si. C. de pact. Aut quis inquit, iure succedendi priuatur per ingratiuitatem, aut alio iuris rigore. Et in primo casu, putant valere pactum de conferuanda hereditate: nam licet filius sit ingratus, potest ingratiuitudo pacto remitti, ut in l. si. C. de reuoc. donat. l. in testis, C. famul. er. c. arg. l. a. de adm. leg. a. Sed si quis vellet facere pactum, vt ingratiuitudo futura non obstat, non valet pactum: quia induceret ad delinquendum, arg. l. si v. 4. nus, §. illud nulla ratione, de pact. P. Quando igitur autem priuatur quis propter aliquem iuris rigorem, cui potest obtinui iri testando vel codicillando, sicut filius emancipatus possit patri prouidere testando, l. an equam, C. eo. de success. l. quando, 2. de acq. here. Et l. quando, de requ. iur. l. i. si tab. test. non ex. tab. P. §. ad hoc. de her. edib. Et si l. in aut. cum similib. licet pater eum emancipasset non contracta fiducia, tunc valet pactum, ut in l. si. de legit. agn. success. Quod si priuationi non possit prospicere contra illum rigorem testando, tunc non valet pactum, ut in l. de feudi success. Secundum Bartolum: quod enim non potest fieri per testamentum, non potest fieri per pactum. Obiciunt l. si. si par. si a patr. quis fuer. man. Sed nihil ad rem.*

De pacto, de non succedendo in iure quæsito. Cap. 9.

1 *Pactum de non succedendo, vel de iure quæsito, vel pendente est.*
2 *Primogenitura in iuribus quibus renuntiare, Et quando potest: Et num. transferantur in filium, præmoriæ patre. Et num. 3.*
3 *In pacto de non succedendo distinguimus, an ius cui renuntiat tam quæsitum sit, an adhuc pendeat. Nam pactum de iure quæsito ciuando valet, vt antea diximus in pacto de hereditate mortui: aliud non valet, nisi cum distinctione, de qua in sequentibus. Aliud igitur exemplum in pacto de non succedendo in iure quæsito est, quando primogenitus renuntiat iura primogenituræ sibi competentia. In quo tamen non modica est controversia, propter auctoritatem eorum, Martin. Ludens. in tracta. de primogeni. Bal. in l. cum antiquioribus, de iure delib. Et conf. 399. vol. 2. Soc. conf. 52. qui putant hoc ius primogenituræ esse personale: & ideo non posse cedi, & transferri, l. qui tale, sol. marri. P. Quod aliqui putant intelligendum, si velint primogeniti transferre hoc ius in extraneos, vt non possint: possint autem in fratres transferre. & cedere. Quia eadem extraneorum non est ratio, ac fratrum: vt pote qui sub lato fratre primogenito de medio, succedunt in locum eius ex mente statutorum & consuetudinum. Et tunc magis a lege, quam a fratre ius habere videntur, arg. l. si arrogator, de adoptio. P. Dicunt & alii cessionem fieri posse iuris primogenituræ etiam in extraneum, vt valeat quædiu vix-*

rit primogenitus, si post ius consequutum renuntiet ei. Quæsitum autem ius hoc videtur natiuitate, & diem tunc venisse conditionis, tunc quoque ab eo tempore firmari contractum, l. necessario, §. fin. de peri. Et cor. rei vend. l. q. de dona. in P. l. arboribus, 13. §. usufructuarius, §. de usufruct. Et quem ad, quis vt a. P. §. i. de usu & habi. & transmitti ius in heredes, l. is cui, de ac. P. §. ex conditionali. de verb. obl. l. quoties, C. de fidei. Veruntamen dicunt, præmoriæ primogenito ei, cuius habiturus erat ius si superuixisset resoluti cessionem & translationem factam in extraneum: & resolutio iure dantis, resolutio ius accipientis, l. lego velle, §. l. grege. §. si sit liber, de pignor. P. l. qui tabernus, de contrah. em. P. Adde quod videtur ita hoc ius cessibile, eo quod sit transmissibile, l. ex pluribus, de adm. in. P. Atq; transferri in filium hoc ius viuentis patre, docet Oldradus, conf. 223. quod incipit, l. se sunt allegatio. Et quamuis pendeat executio iuris, tamen non pendit ius, quæsitum est vt diximus, & in conditionalibus conuentionibus habet locum, l. is cui, de ali. P. l. quod si, §. l. nam si cum nuntiar, de condit. in. d. P. Et vendidit ius primogenituræ Esau fratri suo Iacobo, Genes. 27. c. quæ periculosum, 7. q. 1. §. præterea, quib. mo. seu. am. in v. s. l. feud. Facit, quod filius ad eundem hereditatem patris in qua oneratur, se obligat hisdem oneribus: & ita tacite renuntiat iuri primogenituræ, & postquam agnouerit, tenetur voluntati patris satisfacere, l. Papinianus, §. si conditioni pater, §. l. pen. §. fin. Et l. si de inoff. testa. P. l. parentib. §. i. C. eo. l. 2. C. de iure del. Poterit & facilius expresse hoc ius remittere: vt & probari videtur per c. licet, de voto, ibi. nec si omnia a patre tibi in manu, §. a se sponte susceptum. Et c. Quid porro mihi videtur a patre me admittere quidem primogenitum posse repudiare ius sibi delatum, sed cedere alteri vel alienare, antequam aduenerit effectus, non posse. Repudiatione porro facta, ius illud non ad secundogenitum, sed ad omnes fratres pertinet æqualiter diuidendum. Et ita iudicatum fertur in curia suprema Parisiorum 9. Sept. 1552. Pap. libr. 21. Rap. arefort. tit. 5. ar. 1. Et est textus pro hac sententia expressus, in l. cum patronus, l. 23. de leg. 2.

De pacto de non succedendo facto a filia vel filio, aliquo a patre accepto, quid statuat ius ciuile. Cap. 10.

- 1 *Filia dote contenta, vel filius aliquo accepto renuntians futuri successioni pacto, non prohibentur non obstante pacto iure ciuili succedere patri, Et seq.*
- 2 *Filiis merito potius, quam pactis, sunt ad obsequia paterna prouocandi.*
- 3 *Presentibus paucis renuntiat maioribus futuris facile.*
- 4 *Gaudium nimium Et timor restitutionis causam dant legitimam.*
- 5 *Intestati successio publici iuris.*
- 6 *Pactum inter patre Et filium, iure ciuili non habet obligationem.*
- 7 *Repudiatio successione vel legati antequam deferatur vel debeatur, non officit quin acceptari possit cum deferatur.*
- 8 *Legitima relinquere potest tamam titulo institutionis, correctis iuribus contrariis.*
- 9 *Renuntatio successione a filia facta, non firmatur iure ciuili inramento.*
- 10 *Legitimari potest spurius ea lege, ne succedat patri.*

Constituemus igitur in formula alia pacti de non succedendo, a-
 xioma aliud iuris ciuili, quod postea sequenti capite latius eodem iure & pontificio, Deo fauente, pertractabimus. Pactum in dote constitutione vel traditione factum, ne quid filia aliud ex hereditate patris speraret, non mutat ius succedendi: hoc est, non impedit, quo minus filia succedere patri possit, l. si. de suis & legi. in P. l. pactum dotali, C. de collat. Quod & in filio aliquid accipiente a patre, ea lege ne possit querela inofficiosi experiri, verum esse putandum est, l. si quando, 35. §. illud, de inoff. test. C. Ratio prior huius sententiæ, quod pactum de hereditate, siue sit de succedendo, siue de non succedendo, contra bonos mores est. Hanc rationem non probo, proinde non immeritò, §. 2. Ratio ex igitur Papiniani responso est relata per Imperatorem, in d. l. si quando, §. illud, quod meritis magis filii ad paterna obsequia prouocandi sunt, quam pactioibus adstringendi. Sic venalis amor prohibetur, & filii in obsequio retinentur naturali, dum putant bona paterna ex liberalitate eorum ad se peruentura iuxta votum naturale parentum, qui cuncta liberis suis parant, l. serui pro, an libe. l. cum ratio, de bon. damnat. P. l. nato & si parentib. de inoff. testa. in P. §. 3. Istæ igitur renuntiationes futuri legitimæ successione videntur quodammodo captiose, quia modico præterite filius

